Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XXII. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50916

B. Ernardus Senenſis ex Senatore Ordinis B. V. de monte Oliveti Fundator, oculos cæcitate percuſſos ope Deiparæ recepit, multos Religioſi Ordinis Candidatos per ſcalas ad JESUM & MARIAM in cœlum deductos conſpexit. *Nad.* Similia videre meretur, qui diſſimilibus oculos claudit.

S. Bernarde ora pro me Deiparam, ut corporis & mentis meæ oculos illuminet; illos quidé ut avertantur à vanitate, ne mihi fiant ſcopuli in via æternitatis, iſtos verò, ut quæ animæ agonique meo ſalutaria ſunt, penitiſſimè videam, ut ſic DEUM æternùm videre merear. O Sanctiſſima DEI, & mea, Mater pretioſiſſima! ego N. indigniſſimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te ſaluto: &c. *fol.* 190.

Ad quod impetrandum: Quos ad amplectendum Religioſum ſtatum juvare potero, non intermittam, ut ſic Mariæ devotorum numerum augere coner.

Qualem vim adverſus omne morborum genus Virgini Matri collatam fuiſſe credendum eſt? an non majorem multò, quàm cæteris Chriſti imperio ſubjectis. *S. Baſil. ſer. de Ann.*

Quæſtio: Si B. V. ante Filii ſui aſcenſionem obiiſſet, num rectâ ad cœlum, an ad limbum iviſſet? *v. Vasquez to. 2. in 3. p. diſt.* 117. *c.* 3. *n.* 139.